

sunt Toletanum *Act. 2. Cap. 15.* Compoſteſlanum *Act. 3. Cap. 24.* & Limentis ſecundum *ſeſſion. 2. Cap. 101.* Cùm autem Toletana fuerint plura, oportuit peculiarius aliquid adnotari. Eſt autem vltimum *Act. 2. decreto 15.* Rationes pro eo ſunt manifeſte. *Prima;* ex notabile indecentiâ in eo, quòt eſſe debet Chriſtianiæ liberalitatis exemplar. *Secunda;* ex reſpectu quodam ſpirituâli officijs præſatis adharente. *Tertia;* quia aut officialis integrum meretur ſalarium, aut non. Si primum; iniuſte illi detrahitur: ſi ſecundum, iniuſtitia manifeſta committitur. Dum plus exigitur, vt ex eo ſuperſit, quod Epifcopo tribuatur. Quo argumentandi genere vti ſumus ſuprà, Titul. 4. numer. 168. in ſimili contrahendi modo. Nec dici poteſt ſalarium quidem eſſe iuſtum, & Officiali debitum attentâ proportionẽ; eum tamen velle gratis Epifcopo portionem eius elargiri: gratis quidem, non quia pretium officijs non ſit, ſed quia voluntarie, & nulla ſibi ab aliquo impoſita neceſſitate vult ſic cum Epifcopo contractare. Non inquam dici poteſt; quia verè talis Officialis ex neceſſitate id facit, quia non inuenit alium vitæ modum, quo ſibi poſſit de neceſſarijs prouidere. Ad eum modum quo is, qui vlturas petit, etiãli voluntarie ad eas petendas accedat, neceſſitate tamen id cogente facit, quia remedium aliunde ſuis incommodis nõ occurrir.

86 Prædictum autem argumentum, etſi non videatur contra venditionem procedere, quæ pro certa ſumma pecuniæ fit, ſed contra modum alium contrahendi, vt ſcilicet emolumenta diuidantur inter Epifcopum, & Officialem, verè tamen contra vtrumque conſtat militare. Si enim certa ſumma tradatur, ex eo fit, quod dicebamus. Ex ſalario ſiquidem detrahendum eſt id, quod labori reſponderet, & præterea id quod dandum eſt Epifcopo: quod ſi poſt ipſum contractum eſt illi traditum, id per accidens eſt; ſiquidem ei, quod eſſet detrahendum, reſpondet id, quo fit compenſatio pro illo; vt is, qui officio fungitur, & id ex eo eliciat, quod pro eodem dedit, & præterea quod labori eſt proportionatum: vt ergo pariter adducta ratio. Cui addendum eſt ſtipendia Officialium Epifcopalium, ſicut & Eccleſiaſticorum omnium tribunalium, debere eſſe valde moderata, vt conſtat ex Concilio Tridentino *ſeſſione 21. Cap. 1. de Reformatione*, vbi illa ratio præmittitur. *Quoniam ab Eccleſiaſtico Ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet.* Vnde notarios, vbi ſalarium non eſt illis conſtitutum, & non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis litteris dimiſſorijs, aut reſtimonialibus, decimam tantum vnus aurei partem accipere poſſe decernitur. Decima autem vnus aurei pars vnus regalis eſt, aut paullo plus. Et quod ad hæc dicerent ſacri Concilij Patres, ſi ſciunt pro reſtimonialibus ſingulorum maiorum Ordinum duodecim octi-regales ſolitos poſtulari? Addit autem Concilium in rem præſentem opportune: *Nec Epifcopo ex Notarij commo- diſ aliqñd emolumentum ex eſſentia vñ diuini collationi- bus directè, vel indirectè prouenire poſſit; cum enim gra- tis operam ſuam eos præſtare omnino teneri decernit.* Sic ſibi: vbi ſtatim conſuetudines damnantur aduerſe, & alia in execrationem turpitudinis huius adiciuntur. Nec reſponderi poteſt ſermonem tantum eſſe de reſtimonialibus Ordinum, & non

Modus a- lium contra- bandi cum medietate emolumentorum ex- ploſi.

Stipendia Eccleſiaſtica debere eſſe moderata.

Concil. Trident.

Reſponſio qua in re- futata.

de alijs: nam omnium eadem omnino ratio eſt; neque lex eſt pœnalis, ſed quæ criminis qualitatem oſtendat, & pariter pœnam, non tam ab hominibus quam à Deo infligendâ, *vltro diuinam ultionẽ.* Præterquam quod, qui officium emit, ex omnibus detrahit vnde poſſit ſoluere, vnde & emolumenta dicta in Epifcopi commodis numerantur.

87 Ex quibus fit; neque illud Concilij menti fuiſſe confor. ne, quod à quodam Præſato factum; qui officium Notarij cuidam contulit ſub eâ pactione, vt medietatem emolumentorum ipſi daret, quam dicebat ad alium pertinere in Hiſpaniâ degentem, cui officium dictum fuerat impartitum. Quod quidem credibile eſt ita fuiſſe, nec Epifcopum ſub eo honeſto colore ſibi emolumenta illa reſeruaſſe. Sed tamen id fieri non poſſuiſſe ab illo, adducta conuincunt; tum ob ſpeciem auaritiæ, dum non conſtabat cuiquam ea commoda cederent; & an ita erat, quod de alio, ad quem ſpectabant commoda, dicebatur, vnde qui pactionem ſciebant, ſcandalum patiebantur: tum etiam ob diſcuſſum factum, quia ſi labor Notarij ſtipendium merebatur illud, non poterat eo priuari; ſi autem erat ſuperabundans, iniuſtitia in eo com- perta cernebatur. Quod autem quis ſponte in eam pactionem conſentiret, non reſoluebat medietatẽ exigentem, quia ſic reddens neceſſitate cogente in eas ſe anguſtias redigebat, & certè ſi Epifcopus ſibi medietatem illam vellet, contractus fuiſſet iniuſtus; ergo & dum vult alteri, quia id de iniuſtitia contractus nihil tollit, & differentia illa per acci- dens ſe habet; eum aliàs per manus Epifcopi com- moditates illæ ad eum veniant, qui in Hiſpaniâ eiſdem fruitor. Præterea in Hiſpaniâ exiſtens nul- lû habet ius ratione officijs ad emolumenta dicta, eum ſeruire nequeat; ergo ſi ius aliquod in eo eſt, illud certè non aliud, niſi quod ex donatione Epif- copo oritur: ergo ſi ille medietatem donat, id eod- erit, quia eam ad ſe pertinere exiſtinat, & ſic in alium poſſit transferre: ex quo fit nullam eſſe re- uerã diſtinctionem adductam, ſed tantum appa- rentem prætextum ad id honeſtandum, quod eſt tot titulis reprobatum.

88 Dices Regem vendere officia Tabellionum, in quibus idem poteſt argumentum fieri; nam ſi ſtipendium, quod labori reſponderet, iuſtum eſt, ne- quit ex eo aliquid demi, quod Regi tribuatur: ſi autem proportionem laboris excedit, erit iniuſtu- & tamen illud non conuincit, vt venditio talis in- iuſta cenſeatur: ergo neque erit efficax pro caſu, de quo loquimur. Sed hoc non obſtat; nam Rex propter ſupremum dominium poteſt ita taxare ſtipendia, vt & labori ſeruientium proportionata ſint, & ſibi etiam aliquid ex eiſdem tribuatur. Epif- copo autem nequeunt tale aliquid facere, quia eo- rum officium omnino ſpirituale eſt, etſi quid ad- iacet, quod tẽporalia concernat, ſpirituâli eſt mo- do tractandum, & quaſtus ex eo, ac nundinatio minimè conſtituenda. Ex quo prouenit ſtipendia debere eſſe valde moderata; vt dicebamus, & præ- ciſe labori ſeruientiũ proportionata. Neque enim officia tributaria illis eſſe debent; ſicut Regi: qui cùm poſſit in iuribus, quæ Tabellionibus ſoluuntur, partem ſibi aſſignare tributi nomine, ita & ſummam illis reſpondentẽ partibus exigere, cùm vendit officia. Quod ſi eo titulo res iſta nõ diſpo- neretur; non poſſet ab iniuſtitia labe penitus ex- euſari;

Præſato con- iuſtiã pœ- nis non pro- banda.

Obieſtioni ex vendi- tione offi- ciorum à Rege fieri ſolita facta iur.

Labor un- de aſtim- dus in ordi- ne ad ſtipen- dium.

Obligatio reſtutionis ex vendi- tione, & contractus dicti.

Epifcopo non eſt do- minus offi- ciorum.

Onus ele- moſynæ nõ poſſe imponi niſi ex gra- titudine.

Ex duplici probabili ſententia roboratur quod ad grauitudinẽ ſpectat.

euſari; ſemper enim ſtipendium miniſtri publici proportionatum debet eſſe labori, aliàs in bonum cõmunẽ peccatur, dum id exigitur, quod tranſ- greditur æquitatem. Labor autem non ex corporali defatigatione aſtimandus eſt, ſed ex circum- ſtantijs, & rei, circa quam verſatur, pretioſitate; ſic enim & Medicis & Aduocatis manus ſtipendium redditur; quàm corporalis exercitatio ſecundum ſe ſpectata mereatur. Et ſic Doctores communiter obſeruant, & à nobis eſt ſuperius adnotatum. In caſibus autẽ dictis obligationem reſtutionis in- dici conſequentẽ dicendum eſt; quia contra iuſtitiam exceſſum committitur, vt adductæ rationes probant. Nec dici poteſt officium Notariatus, ſicut & Fiscalis, eſſe dominijs Epifcopalis; & ita abſo- lute poſſe onus imponere ei, cui ab Epifcopo tra- duntur, quidquid de prohibitione Concilij ſit, quæ actum non reddit inuàlidum, licet reddat illi- citũ: nam licet ita ſit, quod de dominio dicitur, & etiam prohibitionẽ ex ſe actum non reddere nul- lum; ipſe tamen ex ſe talis eſt ob rationem dictam: nequit enim officium tributarium eſſe, ſicut alia quæ Rex vendit, quia ex conditione ſua diuerſam habet rationem, & non tantum ab extrinſeco; eſt enim Eccleſiaſticum, & ita eius natura, vt ratione illius nequeant grauari fideles; dum plus iuſto ab illis poſtulat. Dixi autem, licet ita ſit, quod ad do- minium attinet; eum tamen illud reuera poſſit ne- gari; vt negat P. Th. Sancius *cit. dub. 39. n. 3.* dicens Epifcopos tantum eſſe officiorum dictorum diſpenſatores, & verõ ſimile ſatis eſt, Pontificẽ nolle dominium eorum tribuere ſed meram diſpenſa- tionem, quia dominium tale ad nihil eſſe poteſt vtile, & poſſet aliàs eſſe noeuum.

89 Addendum neque honeſtari traditionem dictorum officiorum, ſi Epifcopus ſub ea condi- tione tribuat, vt certa Elemoſyna Religioſæ ali- cui, aut alteri honeſtæ perſonæ tradatur, ſi obliga- tio ſit iuſtitia futura, ſic enim ex dictis ſequitur: ſi autẽ tantum ſit gratitudinis, id poteſt tolerari iux- ta ea, quæ Doctores aliqui dicunt, loquendo etiã de Beneficijs Eccleſiaſticis, & rebus alijs ſpirituâli- bus, & vt probabile eum illis tuetur Diana *Part. 2. tract. 2. Miſcellan. reſol. 37. de quo & Noſ ſuprà.* In his namque officijs minus eſt periculi, quia ſpiri- tuâlia non ſunt; ſed ſecularia, licet vt P. Th. Sancius *ſuprà. n. 1.* effigiem quandã habeat ſacrorum, & Eccleſiaſticorum in quantum ſunt ad Eccleſiæ regimen inſtituta. Sic ergo ei poſſunt dari, à quo ſperatur pietatis officium designato pauperi con- ferendum, & negari alteri, à quo id non ſperatur: modo tamen conuentionis expreſſo, ne, qui pro- mittit, maiorẽ ſe vinculo credentes adſtrictos, gra- uiter peccare contingat, dum non ſtant promiſſis, & reſtutionis oneri ſe obnoxios arbitrantur, & tunc etiam poterunt Epifcopi eis officia ſubſtra- here, & dare alijs fruſtiferis arboribus, quæ reddat fructũ in tempore ſuo, niſi conſtaret emolumenta adeo fuiſſe tenuia vt vtriq; neceſſitati non ſuffi- cerent ſubleuanda. Pro quo etiam facere poteſt doctrina multorum apud D. Solorz. *lib. 2. c. 11. n. 30.* & in Politicâ *l. 3. c. 1. 2. pag. 329. 8.* Eſpecialmente dicentium, quod Epifcopus poteſt ex iuſta cauſâ Beneficiũ, quod confert, aliquã penſione grauare: ergo & officia, de quibus agimus, grauamine gra- titudinis. Facit etiam pro eodẽ doctrina alia mul- torum apud eundẽ *n. 31.* aſſerentium eum, qui

eligat aliquem de pluribus, quos teſtator, vel alius ſuę electioni commiſit, poſſe electum grauare, ſal- tem in fauorem aliquorũ, quos eligere potuit; qui loquẽdi modus caſum certiorẽ exprimit, vnde & licet grauare in fauorem aliorũ, reſpectu quo- rum pietatis officium exercetur, ex quo in caſu noſtro idem fieri poſſe efficaciter comprobatur.

90 An autem Notarij (vt hoc interim dicamus) mere laici eſſe debeant; vltus declarauit non videri- talem obligationem extare: de quo agens D. So- lorz. *lib. 3. c. 8. n. 70.* & in Politicâ *pag. 563. col. 2.* ait in Regiâ Cancellariâ Limentis *pag. 563. col. 2.* contra Præſatos prouiſio expeditur: ne Notarios niſi mere laicos habere poſſent, id tamen non obtinuiſſe, & ita contentos fuiſſe Auditores Regios cautione illâ, vt Notarij non laici ad faciendas re- lationes, cùm opus eſt, in Regium Prætorium nõ admitterentur, eã ductos ratione, quia ſemper ma- ximè abſurdum, & iniquum reputatum eſt admit- ti ad officia ſecularia eos, qui ſi in officio delin- quant, nõ poſſunt puniri: per tradita à Couarruuiã, Vincentio de Trarchis, Petro Caballo, & alijs. Quæ quidem eum nõ videatur leuis, videtur ex eã fieri, vt Præſati Eccleſiaſtici nequeant Notarios habere, niſi omni Ordine Eccleſiaſtico deſtitutos; ſecus enim a nullo videtur poſſe conuenienti ani- maduerſione puniri: non enim à iudicibus laicis, quia fori illorum non ſunt, neq; ab Eccleſiaſticis, quia in eorum tribunali non eſt commiſſum deli- ctũ. Immo generaliter Epifcopum non poſſe cognoſcere de delicto admiſſo à laico Officiali ſuo affirmat Paponius *de iure Franc. lib. 1. tit. 4. arreſto 8.* Cùm autem hoc maximè abſurdum & iniquum fuerit ſemper reputatum, videtur ex eo fieri graui- ter Præſatos delinquere, qui tali abſurditati, & ini- quitati materiã exhibent; per eorumdẽ electionẽ. Videtur autem prædicta ratio ſupponere Nota- rios mere laicos in officio delinquentes, vel quia falſarij, vel quia ſtipendiorum taxas excedentes, poſſe à iudicibus laicis calligari: cùm tamẽ plures Doctores ſint id negantes, eodẽ quod Notarij dicti ad forum Eccleſiaſticum ſpectet: pro quo plures adducit D. Solorz. *n. 68.* cum quibus & vi- detur ſentire. Iuxta quem dicendũ modum perſtat difficultas eadem, quæ in Notarijs nõ mere laicis, cũ puniri nequeant pœnâ proportionatã. Vt ergo ſtare illa doctrina poſſit, videtur neceſſario dicen- dum Notarios mere laicos poſſe à iudicibus laicis puniri, ſi in officio delinquant, quod tenent citati ab eodẽ *n. 66. & 67.* & præterea Gabriel Pereira in *tract. de manu Regiã, part. 1. c. 19. n. 13.* Paponius *de iure Franc. lib. 1. tit. 4. arreſto 8.* Ceballos *tr. deſ. de cognitione per viã violentiæ. p. 2. q. 5. n. 10.* licet eorũ ſententiam impugnet Diana *part. 1. tit. 2. reſ. 98. & part. 3. tit. 1. reſ. 12. & part. 4. tit. 1. reſ. 30.* vbi ait cum pace doctorum virorũ non eſſe dignam reſpon- ſione, quia ſic Congreg. Cardinalium ſemel, & iterum declarauit. Et ex mandato Pauli V. Cardin. Gallus: eodẽ quod ſit manifeſte contraria ſacris Canonibus communi rationi, & princiſipali iuriſdictioni Eccle- ſiaſtica; quæ ſunt Pontificis verba ex Italico verſa.

Notarij an laici eſſe debeant.

Ratio ut tales ſint non leuis.

An laici puniri à iudicibus laicis que- ant.

Praxis id Prætoriorũ amplecti- tur.

91 Sed certè id quod, Diana reſponſione non dignum iudicat; vltus Regiorum Prætoriorum eſt receptiſſimũ, & hoc ipſo tempore, quo hæc ſcribo- res Notarij in carcerem miſi ſunt, dũ vnus poſt alium mittuntur, notificaturi iudicibus; vt reum quemdam Eccleſiæ reſtituant ab eadẽ extractum; in



in qua atrociffimum facinus perpetrari; eatenus excufabile, iuxta foru diabolici, quod in eo honoribus grauer leſo conſultum iudicauit. Et difficile profeſto erit praxim iſta radicibus extirpare. Vnde & ipſi Auctores, qui aliter iudicat, & pro fauore Eccleſia militat, cum ad ſubellia accedunt, via penitus contraria gradiuntur. Vt videri poteſt in D. Solorzano, qui cum ſententiam multis, & grauibus citatis Auctorebus fuerit amplexatus, citat tamen n. 70. & in Politia loco item adducto, ait quod ex eodem dedimus n. preced. In Cancellaria videlicet Limana a ſe cum alijs Collegis actum, vt contra Archiepiſcopum, & eius Vicarium pro uifio expediretur, vt illi Notarios mere laicos deſignarent; ea addita ratione, quod ſcilicet ſi poſſunt in officio peccantes pœnis debitis coerceri.

Epifcopi unde grauer peccare poſſunt laicos Notarios non habentes.

D. Pauli auct. iſta doctina. 2. Tim. 2. v. 24.

92. Quidquid de hoc ſit, Epifcopi ex adducta ratione non peccant, quod ſcilicet abſurditati maximæ, & iniquæ agendi rationi patrocinium præſtent, quia eo pacto delicta Notarioru remanent impunita. Cum enim illorum delicta ad ipſorum forum ſpectent, punire ipſos poſſunt, vt cum alijs probat Diana part. 3. r. 1. ref. n. 2. eo punitionis genere, quod eorum eſt conſentaneum tribunali, nec tamen leue illud eſt, licet non ſit ſanguinis, aut quid ſimile. Ex alia autẽ ratione grauer peccare poſſunt, ſi videlicet ſciant, ex eo quod mere laicos nõ eligant, graua futura ſcandala & impediendũ negotiorum progreſſum; quandoquidem Notarij, qui laici non ſunt, ad informandum in tribunalia Regia non admittuntur vel quid ſimile. Quod vtgetur ex eo quod, vt id nõ faciunt nihil obſtat; ſed praxis, quam Regia tribunalia expetunt, iuri, & rationi conformis ſit, & ita tam docti Epifcopi tenuerunt, Couar. Riccius, & Acuña apud D. Solorz. n. 69. & loco Politia citat. alijque. Vbi autem pro Regijs tribunalibus probabilis eſt ſententia vſu recepta ſeruum domini non oportet litigare (iuxta Apoſtoli monitionem) 2. Tim. 2. v. 1. 4. ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modèſtia corripientem eos, qui reſiſtunt veritati, ne quando Deus det illis penitentiam ad cognoscendã veritatem. Si ergo etiam cum reſiſtentibus veritati lites vitandæ ſunt, & manſuetè cum eis agendum; cum iis, qui veritati reſiſtere dicuntur non poſſunt, dum probabili ratione ducuntur, potiùs debent omnes, ſciendis tantummodo turbis vitales, controuerſis deuitari.

Peccare grauer, ſi ſubditorum non ſuſcipiant protectionem, & quomodo in eo ſe gerere debeant.

Aſſertio 7. titulo 7. reſpondens. & modum patrocinij oſtendens.

93. Deo ſeptimò. Epifcopi Indiarum peccare grauer poſſunt, ſi patrocinium ſubditorum nõ ſuſcipiant, quando illi Indi præſertim, humanis ſunt auxilijs deſtituti, eo quod Magiſtratus ſæculares, aut circa remediũ neceſſitarum negligenter ſe habeant, aut ab eiſdem opprimantur. Pro hoc & Auctores, & textus adducit D. Solorz. lib. 3. c. 7. n. 5. & ſeqq. & in Politia lib. 3. c. 7. pag. 547. 5. Perrenee, & ſeqq. vbi cum aſſerat ſpeciale caſum Epifcopi, qui e carcere extraxit quendam, quẽ vrbis Gubernator inauditum, & indefenſum, & abſque Sacramentoru receptione morti tradere volebat, ſubdit ijs circumſtantijs verificatis, non dubitaturũ ſe eam excuſationem admittere (quod &

tener D. Villaroel part. 2. q. 1. 4. art. 2. ſed non circa eos, qui ab Audientijs ſunt Regijs cõdemnati, pro quibus ſtat præſumptio. Arri. autem 3. n. 72. circa miſerabiles perſonas, licet probable cenſeat, negatiuè tamen reſoluit, nolens Epifcopos le eorum cauſis immiſcere.) Verũ facultatem à iure conſeſſam Epifcopis ad huiusmodi patrocinium, non eſſe per attributione iuriſdictionis, ſed quoad protectione, inſtando, vtgendo, & armis nõ materialibus, ſed ſpiritualibus vtendo; vt Magiſtratus compellant ad ea, quẽ officij ſui ſunt, quando negligẽtia, aut præcipitatio in graue cernitur Reipub. aut priuatorum etiam detrimentum redundare. Vnde in Hiſpaniã recurſum ad Epifcopos nõ præſcribi boni Auctores docent; licet pro Indijs illũ concedat Bobadilla in Politia lib. 2. c. 17. n. 110. & caſu 84. vbi ait in caſu ei ſimili, de quo dictum, poſſe Epifcopum ordinare Prætorũ, vt vinculum ſoluat. Non ergo permittit in carcerem violenter irrumperẽ, & vincula extrahere cum periculo conſtitũs Regalium Miniſtrorum; & eorum, qui Epifcopi monitis, aut præceptibus obſequuntur. Si ergo aliquid tum faciendum, induſtria potiùs, quam armata manu libertas eſt iniuſte oppreſſi procuranda. Sicut ergo peccare Epifcopus poteſt patrocinium negligens, & oppreſſis tubuenire deſiſtens; pro quo apud Salomonẽ Pro. 24. v. 11. & 12. admonitio illa generalis habetur: Erue eos, qui diuertiunt ad mortem, & qui trahuntur ad interium, liberare non ceſſes; ſi dixeris, vires nõ ſuppetunt, qui inſpector eſt cordis ipſe intelligit, & ſeruatorẽ animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera ſua. Sicut inquam in eo peccare poteſt, ita & pluſquam ſibi eſt conueniens vſurpando. Medio ergo tutiſſimum ibit, medium quidẽ prudentia, non zelus immoderatus, oſtendet. Pro quo eſt elegans ſententia apud non veterem, ſapientẽ tanq; & Religioſum Auctore, ex præclaro Moderatore hauſtum; ſic magni operis molitores admonentes: Memores tamẽ vbique prudentia, ac modi eſſent; quia vt languor ac molliſia nuna nam cepta percoquantur; ita calor ac zelus præſeruidus ſepe opprimunt.

Qualẽ illud futurũ.

Quid pro Indijs ſpeciale.

Pro. 24. v. 11. & 12.

Vt peccat in eo quantũ.

Illuſtre in D. Ambroſio Epifcopi patrocinium.

94. Iuuat autem ardentis quidẽ zeli ſed moderatione conditi, illuſtre exemplum adieciſſe Sozomeni verbis Lib. 7. Hiſtoriæ Ecclèſiaſtica Cap. 24. in quo ſic ſcribit: Paganus quidam ordine illuſtris vir Gratianum conuictis proſiderat, & patre indignum appellauerat; cuiusque rei habito iudicio, capitis damnatus erat. Cumque iam ad ſupplicium duceretur; venit in palatium Ambroſius pro illo ſupplicaturus. Ceterum Sozomenus cum Gratianus, eorum inſtinctu, qui illi damnato inſidiabantur, deſtineretur ſpectaculis venationum (quales prima delectationis, non publici commodi gratia Principes exhibere conſueuerunt) nec aſtrictum quiſquam illi rem indicaret, quaſi opportunum non eſſet; reſceſit: Progreſſus autem ad illam portam, per quam ſerui introducebantur; elanculum ſe habuit: ac ſimul cum venatoribus ingreſſus, non ante cauſam rei agere omiſit; neque prius Gratiani, & Aulicorum eius oblectationibus ceſſit, quam ſalutiſerum ſuſſragium Gratiano extorſiſſet, quo morti deſtinatum liberaret. Hæc Sozomenus & hæc præclara agendi forma, vt grauibus ac prudentibus verbis, non caſtrenſitumulto, Prælati reorum cauſas, cum pietas exigit, apud ſæculares tranſigant Magiſtratus Clericos ergo ſuos, non armis, ſed præceptis ſalutiſeris inſtuant; ſic enim & ipſi & illi, ad omnia charitati propria molimina redduntur procul dubio validiores. Vnde

Vnde in illo cum Imperatoribus agendi libertas.

Idem.

Vnde citatus Scriptor poſt narrationem præſertam ita ſubdit: Quin etiam circa legum Ecclèſiaſticarum obſeruantiam, & inſtitutionem Clericorum ſibi commiſſorum admodum ſedulus erat. Sic ille. Inde ergo libertas loquendi apud Imperatores, de qua idem verbis illis: Vt intelligatur quantũ apud Imperatores propter Deum loquendi libertate polluerit. Neque nobis loquendi cum Dominis Epifcopis, etiamſi propter Deum, vtendum ampliùs libertate. Alia per opus ſparſa Index dabit.

Patriarcha idem qui Primas, iuxta ſententiam communẽ.

Gratianus.

Ex Cap. Nulli an recte probari queat.

APPENDIX De Patriarcha Indiarum.

95. Patriarcha, qui idem eſt ac Pater Patrum, ſeu cognationum vel familiarum, vſu Ecclèſiaſtico peculiarem in Ordine Epifcoporum deſignat dignitatem, qui quadripartitus eſt, vt habetur in Cap. Cleros 21. diſt. Eſſe autem eundem, qui Latine dicitur Primas, & ſupra Archiepiſcopos eſt, qui tres ſaltem eſſe debent, vt obſeruat Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ humanæ, Tomo 6. Lib. 14. Littera P. communis eſt Canonici Iuris interpretum: ſic enim habetur in Cap. 1. 99. diſt. in quo Gratianus ita ſcribit: Primas & Patriarcha diuerſorum ſunt nomen, ſed eiſdem officij. Sic ille. Pro quo videri poſſunt citatus Beyerlinck, Sylueſter V. Patriarcha, vbi pro eo Raynundum adducit, & v. Primas, in quo nihil de illo, referens ſe ad v. Patriarcha. Leſius Zechius de Republica Ecclèſiaſtica, Tit. de Patriarchis num. 1. P. Azor Tomo 2. Lib. 3. Cap. 35. Quæſt. 2. & alij ex Recentioribus.

96. Pro eodem videtur ſtare Cap. Nulli, citat. 99. diſt. in qua ſic P. Anicetus Pontifex: Nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, ni illi, qui primas Sedes tenent, quatuor Epifcopos Apoſtoli, eorumq; ſucceſſores regulariter, Patriarchas vel Primates eſſe conſtituerunt: niſi gens deinceps ad fidem conuerſatur, cui neceſſe ſit præ multitudinem Primatem conſtitui: reliqui Metropolitanis nomenclatur, qui reliquas Metropoles tenent. Sic ille. Ex quo P. Fragofus Tomo 2. Diſt. 16. §. 1. num. 5. patere ait idem eſſe Patriarcham & Primatem. Sed certè non ita videtur patens; immò oppoſitum inſinuari. Cum enim Diuus Pontifex in Ecclèſiis ab Apoſtoliſ & ſucceſſoribus Patriarchas & Primates conſtitutos dixerit, de futuris loquens Primates tantum conſtituendos eſſe decernit, Patriarcharum nomine prætermiſſo. Illud ergo ſeu, diſiunctionis nota eſt. Quod poſt hæc ſcripta inuenio ſic tenere Ioan. Fileſacum de ſacra Epifcoporum auctoritate, Cap. 9. §. 8. Vnde Patriarchæ & Primates vt diſtincti etiam proponuntur in cit. Cap. Cleros. Ex Diuo enim Hidoro Lib. 7. Etymol. Cap. 12. ſic ibi: Archiepiſcopus Græco interpretatur vocabulo, quod ſit Summus Epifcoporum, id eſt, Primas: tenet enim vicem Apoſtolicam, & præſidet tam Metropolitanis, quam ceteris Epifcopis. Sic ibi: & ita tenet Illuſtriſſ. Barboſa de Poſtſtate Epifcopi Tit. 1. Cap. 6. num. 7. & 8. & de Iure Ecclèſiaſtico Lib. 1. Cap. 6. num. 10. & 12. Sed ex alio fundamento, quia ſcilicet exiſtimat nomen Patriarchæ tantum quatuor proprie adaptari poſſe, qui poſt Romanum celebres in Concilijs, Epiftoſis Decretalibus, & Iure habentur; Conſtantinopolitanus ſci-

licet, Alexandrinus, Antiochenus, & Ieroſolymitanus, cum alijs, qui Primates ſunt, quodammodo tantum dici tales poſſunt. Quod & tenet P. Fragofus ſupra num. 6. dicens lato modo tantum eſſe Patriarchas, cum alijs tales per antonomafiam ſint.

97. Vbi quidẽ quæſtio videtur eſſe de voce, ſi Primates quoad iuriſdictionem, & inſignia, ac priuilegia totum id habeant, quod quatuor dicti, pro quo vſus Ecclèſia conſulendus. In quo mihi videtur certum, eum, cui à Pontifice Primatus conceditur, cum nomine Patriarchali verum Patriarcham eſſe cenſendum, cum totum hoc ad Pontificiam diſpoſitionem ſpectet, & ab Apoſtolicæ Sedis pendeat voluntate. Sic veri Ethiopiæ Patriarchæ fuerunt Reuerendiſſ. DD. Ioannes Nonnius Barretus, Andreas Ouiedus, Alfonſus Mendezius, Societatis noſtræ; & ideo priuilegijs omnibus frui poſſunt, qui tales fuerint, Patriarchis in Iure conſeſſis: quod de Minoribus negant P. Azor ſupra Cap. 26. Quæſt. 7. cum Geminiano, & Barboſa Tit. 6. Cap. 1. num. 37. quia improprie tales ſunt; non negatiui in caſu noſtro, vbi à Pontifice & nomen & ſubſtantia tribuitur dignitatis.

Perſonaliſſor reſoluitio.

98. Iuxta quæ concludendum pariter Patriarcham Indiarum verè eſſe talem, cuius creandi à Paulo Tertio (vt ex Gongalez in Reg. 8. Canon. Gloſſa. 41. num. 14. refert Barboſa citat. Cap. 6. de Iure Ecclèſ. num. 43. & Dom. Machadus Tomo 2. pag. 343. col. 2. in principio) rationem reddit Gregorius Lopez in l. 12. Tit. 5. Part. 1. Gloſſa 2. ſic ſcribens: & quando aliqua gens de nouo ad fidem conuerſatur, ſi neceſſe ſit propter multitudinem, debet Primas ibi conſtitui, vt in Cap. Nulli 99. diſt. & ſic videmus temporibus noſtris conſtitui à Papa Patriarcham Indiarum maris Oceani. Sic ille. Vbi illud videtur negotium faceſſere non videri Patriarcham huiusmodi proprie talem, cum illi ſolus videatur titulus attributus: nullam enim circa Indicos Præſules, aut eorum ſubditos, iuriſdictionem exercet. De quo teſtatur D. Villaroel Parte 1. Quæſt. 4. Art. 5. num. 37. oculatus teſtis, qui num. ſeq. nobiſcum quoad diſcrimen inter Patriarcham & Primatem ſentit. Tantum ergo Titularis apparet, quod non videtur D. Aniceti diſpoſitioni conforme: nouos enim Primates, aut Patriarchas, iuxta communem intelligentiam, conſtituendos ait, quando id exiget conuerſarum gentium multitudo: Cui neceſſe ſit præ multitudinem Primatem conſtitui. Atqui ſi Patriarcha nihil circa conuerſos operatur, eorum non eſt neceſſitati conſultum, & ita neque Pontificis ſancti menti ſatiſfactum.

Patriarcha Indiarum cur & qualiter conſtituitur.

Greg. Lopez.

99. Sed certè, cum id, quod agitur, Pontificiã diſpoſitione procul dubio peragatur, non eſt circa illud difficultas concitanda. Patriarcha quidem radicalem erga Indias retinet poteſtatem: ſed quia huculque non eſt inuentus modus conueniens, vt exercere illam queat, honor ille circa exercitium vacat, quemadmodum Patriarcha Ieroſolymitanus per annos ferè quingentos talem honorem ſine vſu habuit poteſtatis, vt oſtendit Cardinalis Bellarminus Lib. 1. de Pontifice Cap. 24. §. Porro.

Quomodo eius dignitas ſine iuriſdictione.

100. Quod autem pro Indijs maris Oceani conſtitutus dicitur, indicat pro Occidentalibus tantum

Et pro Indijs tantum Occidentibus tantum.